DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
DE
DYSENTERIA.

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
DE

DYSENTERIA;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, S.S.T.P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Præsidis

Amplissimi

Et nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ decreto,

Pro GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET RITE CONSEQUENDIS;

DE

Eruditorum examini subjicit

ARCHIBALDUS ARMSTRONG,

SCOTUS,

Ad diem 15. Junii horâ locoque solitis.

EDINBURGI,

TYPIS PROPRIIS.

Anno ALEX SMELLIE.

1788.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS,

DE

DYSENTERIA;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, S. S. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti:

NEC NON

Ampliſſimi SENATUS ACADEMICI conſenſu,

Et nobiliſſimae FACULTATIS MEDICÆ decreto,

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini ſubjicit

ARCHIBALDUS ARMSTRONG,

SCOTUS,

Soc. REG. PHYS. Soc. [redacted] EDIN.

Ad diem 25. Junii hora locoque ſolitis.

EDINBURGI:

CUM PRIVILEGIO,

APUD ALEX. SMELLIE.

1798.

192
43
10

COMITI DE DALKEITH,

CARMEN

GRATULATORIUM.

Perhonorifico,

CAROLO,

COMITI DE DALKEITH,

Qui

Animo vere generoſiſſimo integerrimoque,

Praeditus,

Omnem doctrinam politiorem,

Artemque ingenuam,

Miro amore et felici cultura,

Proſequitur;

Hanc, qualemcunque diſſertationem academicam,

Grati animi, ſummaeque obſervantiae,

Teſtimonium,

Dicatam voluit,

ARCHIBALDUS ARMSTRONG.

Necnon

Perhonensi,

CAROLO,

COMITI DE DALKEITH,

Mecænati

ANDREÆ GRAHAM, M.D.

Præceptori,

DE DALKEITH,

Quamvis doctorum politiorem,

Ob multa beneficia,

Artemque ingenuam,

Et veram amicitiam,

Multo tamen et felici cultore,

Hoc

Profitentur:

Hanc, quamcunque obscuratorum academiam,

Vivat ella

Grata animi Academica observantia,

AUCTOR.

Testimonium,

Dicatum voluit,

ARCHIBALDUS ARMSTRONG,

Mecænas

Necnon

ANDREÆ GRAHAM, M. D.

DE DALKEITH,

Ob multa beneficia,

Et veram amicitiam,

Hoc

Vult esse

AUCTOR.

ERRATA.

Page 18. line 14. *pro* Colli *lege* Coli

—— 23. — 19. *pro* falutarium *lege* falutare

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

DYSENTERIA.

CUM leges et consuetudo hujus academiae celeberrimae postulent, ut ii qui honores ibidem consequi volunt, peritiae suae in arte medicâ exemplum darent, idcirco Dysenteriam in tentamen inaugurale delegi, cujus morbi indolem, naturam, nec non sanandi methodum, quantum nobis constat, breviter proferre libet: Et primùm

DE MORBI HISTORIA.

Dyſenteria plerumque aeſtate exeunte vel initio autumni invadit, aut in eâ anni tempeſtate quâ calidos dies frigidae humidaeque noctes excipiunt. In regionibus calidis potiſſimùm ingruit, et in his multò eſt violentior morbus quam nobiſcum. Sic Culleno celeb. definitur: 'Pyrexia contagi-'oſa; dejectiones frequentes, mucoſae vel 'ſanguinolentae; retentis plerumque faeci-'bus alvinis; tormina; teneſmus.'

Aegrotus, rigoribus, capitis dolore, et oppreſſione circiter praecordia vulgo corripitur, hiſque calor auctus, ſitis, pulſus celer, inquietudo, nauſea, et interdum vomitus materiae ſaepe bilioſae ſuperveniunt. Paulo pòſt, plus minuſve citò, tormina abdo-

minis immania cupiditate alvum exonerandi frequenti ſentiuntur.

Interdum tamen pyrexia nulla anteit, ſed initio dolore inteſtina afficiuntur. Faeces fere naturales, ſed morbo progrediente parvâ mole fiunt, et pars maxima ex muco ſpumeo, ſanguine commiſto et tincto conſtat. Dejectiones dolores maximi antecedunt et illico a teneſmo excipiuntur. Torminibus acutis durantibus, copioſae ſunt, ſed teneſmo ingruente contractiores fiunt.

Diverſitas etiam nominis accedit, prout Dyſenteria a ſanguine vel aliter comitata ſit; quum inter inteſtinorum contenta ſanguis dejicitur, fluxus ſanguinei, ſed nullus cum ſanguis in faecibus reperitur, Dyſenteriae albae nomen adepta eſt.

Pyrexia comitans, interdum generis inflammatorii,

ſlammatorii, interdum formam intermittentis remittentiſve induit, ſaepiſſimè autem typhi ſpeciem aſſumit. Quidam haud parvi nominis ſcriptores, febris quia vulgò non ſemper Dyſenteriae comitetur, febrem ullam adeſſe per totum morbi curſum planè negavêre. Proculdubiò accidere poteſt, ut aliquid exemplum grave et periculoſum inveniatur, quod ſemper niſi paululum initio, febre carere videatur. Univerſim autem ac pene omnibus exemplis initio morbi pyrexia comes inventa eſt; et in his praeſertim quae graviora in exitum infelicem deſinunt.

Morbo invadente, paucis in primis diebus, ventris inflatione aegrotus vexatur, amarus et ſapor in ore ſaepe ſentitur.

Multum in levando alvo etiam laborat, et ideo ſomno abrepto vires plurimùm franguntur et interea niſibus perpetuis et gravi-

bus

bus inteſtinorum inflammatio haud parùm augetur.

Interdum poſt dolorem acutum operationemve medicamenti cathartici ſcybala inter faeces, quibus torminum allevatio ſed haud longum in tempus duratura ſequitur, evacuantur. In exemplis quibuſdam pus purum torminum doloribus ibidem imminutis dejectum eſt*: et haud rarò materia quaedam ſpecie ſaniei aſſimilis ejectis faecibus miſcetur. Corpora pinguia in aliis, membranarumque ramenta, particulas inteſtinorum formâ referentia etiam obſervata ſunt.

Cum ſynocha initio Dyſenteriae comitetur, morbo longius progrediente, inflammatorii generis ſymptomata recedunt formam

* Dr. D. Monro on the Diſeaſes of Military Hoſpitals, p. 63. Vol. I.

mam generis typhoidei pyrexia assumit unà cum signis fluidorum statum relaxum et dissolutum demonstrantibus.

In hoc morbi gradu ani prolapsus haud infrequens est; urina dolore et difficultate redditur, interdum etiam omnino supprimitur. Cutis plerumque arefacta marcet et lingua, ineunte morbo, albida nunc crassâ quadâm et fuscâ materiâ tegitur.

Si morbus facie gravissimâ et fatali fuerit, omnia haec symptomata multùm adaugentur; debilitas summa fit, et syncope saepe incurrit; corporis extrema frigescunt dum calor inusitatus in pectore ardeat. Sudores frigidi prorumpunt; faeces inscio aegrotanti elabuntur nigro colore et admodùm graveolentes. Interea fauces apthae obsident; dolores subito evanescunt; pulsus lenis parvus et tremulus fit: delirium

leve

leve accedit et aeger miſerrimus citius aut tardius animam expirat, inteſtinis ſigna gangraenae praeferentibus.

Hunc ferè curſum uſitatiſſimum Dyſenteria neglecta habet; ſed quibuſdam in exemplis morbus ſponte ceſſat, liberâ inteſtinorum evacuatione ultrò inductâ, dum tormina et teneſmus gradatim ſubſidunt: aliis autem Dyſenteria in diarrhoeam deſinit, a qua interdum initio auſpicatur.

Tempus in quo duret morbus multùm variat. Aeris temperies, medicamentorum uſus, unà cum miniſteriis alienis nec non cura quam ſuimet aegrotus habeat, plurimum ibi valent. Quibuſdam in hominibus, tantùm in unam vel alteram ſeptimanam affectio permaneat, dum in aliis duorum triumve menſium ſpatium excurrat.

Ægrotus

Ægrotus longâ morbi duratione exhauſtus aegrè et tardiùs vires recuperat; et niſi ſumma cura et induſtria adhibeantur periculum erit, ne denuò in morbum relabatur, vel hydropicus fiat, cui quidem affectioni reſoluta corporis compages tum maximè prona eſt.

CADAVERUM SECTIONES.

Inteſtina magna, rectum, praeſertim, et pars inferior coli ſemper plus minuſve inflammatione affecta et aere inflata inveniuntur. Tunicas craſſiores ſolito habent et ſigna gangraenae evidentiſſima plerumque exhibent, Coli capacitas a ſchirroſis tumoribus ſaepe diminuitur *, et tunicula villoſa interdum abraditur. Coli et recti partes interiores puſtulis obductas formâ variolas facie

* Cleghorn on the Diſeaſes of Minorca, p. 246.

cie depreſſiori referentes in quibuſdam ſectionibus quidam invenêre *.

Inteſtina tenuiora, morbi veſtigia haud tam manifeſta produnt, ſed pars ilei inferior notas inflammationis vulgò profert et circumvolutiones diverſae praeter naturalem ſaepe cohaerent. Duobus exemplis omentum penitus conſumptum Cleghornius invenit †. Glandulae meſentericae interdum ampliores redduntur, abſceſſuſque hepatis haud rarò extat.

DIAGNOSIS.

Sunt tantùm duo morbi, quibus dyſenteria confundi poſſit, diarrhoea ſcilicet et cholera morbus. Prior a Dyſenteria differt

* Ill. Pringle on the Diſeaſes of the Army, p. 245.

† Cleghorn, Oper. ſupra citat, p. 246.

quia pyrexiâ initiali careat, et faeces naturaliter dejiciantur neque scybalis neque sanguine commistae. Tormina et tenesmus multò magis saeviunt dysenteriâ quam in diarrhoeâ, quae praeterea haud contagiosa est.

Cholera ab hoc morbo facile distinguitur. Nam a calore solis initium plerumque ducit, et spasmi crurum illi comitantur. Pyrexia narat, et morbus minimè contagiosus est.

CAUSAE REMOTAE.

In praedisponentes et excitantes sese dirimunt—*Praedisponentes*, Inter omnes certissimè constat debilitatem corporis totius et inde omnia quae corpus minus validum efficiant homines huic morbo obnoxiores reddere. Experientiâ quotidianâ cum cor-

pus

pus morbis praegredientibus antè diſſolutum ſit, hoc optimè confirmatur. Nam in noſocomiis, claſſibus, et caſtris, illos qui ab aliis morbis jam convaleſcunt ante alios dyſenteriâ corripi videre eſt.

Animi affectiones, praeſertim ſi graviores fuerint ut metus, anxietas et ceterae primùm corpus debilitando huic morbo viam conſternunt. Ebrietas quoque venuſque nimia inter cauſas habendae ſunt. Spiritus diſtillati (ut vocabulum vulgo ſeſe habet), ſi modicè potentur nec non flumine priùs diluantur, corpus plurimum roborant, contagiumque praeclarè depellunt. E contrà autem ſi nimii et meri in corpus immiſſi ſint, tota ſyſtematis compago laborat, debilitas laxa ingreditur, ventriculuſque praeſertim laeſus langueſcit.

Haec ventriculi damna cibi appetitus diminutus,

mictus, cardialgia, ructus acerbi variaque alia fibrarum muſcularium a tenſione remiſſiori orientia planè demonſtrant. Corporis habitus plus aequo ſenſibilis evadit, ideoque contagio opportunior redditur.

Eſt cauſae etiam munditiei incuria, nam perſpiratione obturatâ particulis noxiis egrediendi via negatur, et inde fluida in putrefactionem maximè vergunt. Hoc carceribus ſtipatis, navibus, et caſtris inſigniter innoteſcit, ubi minimè munditiei curis incumbunt, neque lintea in corporibus ritè mutando, neque aeris egreſſus et ingreſſus probè adjuvando.

Magnos et animi et corporis labores inter cauſas recenſere par eſt. Diaeta quoque ſalſis carnibus conſtans, dum olerum et leguminis nihil immiſcetur; et magnae evacuationes

cuationes neque naturales cujuſcunque generis locum inter has ſibi vindicant.

Medicis ferè omnibus aſſentientibus, calor et humor inter ſeſe conjuncti primum ſibi locum inter cauſas Dyſenteriae remotas aſſerunt. Calor nimius ſolida relaxat, cordis et arteriarum actionem diminuit, et miris modis compaginis totius debilitatem inducit. Accedit huic ſaepiùs a frigidâ in regionem calidiorem emigratio. Et animus et corpus ibi imbecilliores fiunt. Humor autem calori ferventiori additus perſpirationem occludit, fluida ſtagnant, et omnibus morbis putridis praeſertim Dyſenteriae via aperitur.

Cauſae Occaſionales variae ſunt. Parvus dubitandi locus praebetur, morbus an contagioſus necne ſit, praeſertim cum nimis frequenter acciderit homines optimâ valetudine

dine fruentes ſubito Dyſenteriâ correptos fuiſſe nullâ aliâ cauſâ inventâ, quàm quia eâdem ſellâ quâ olim Dyſentericus uteretur alvum fortè laxâſſent. Admiſſio vel unius Dyſenterici in noſocomium, omnes in eadem regione decumbentes morbo corrumpere valet.

Variae opiniones de hujus veneni naturâ traduntur, ſed omnes nihil certi afferunt, documentaque imaginationis luxuriantis tantummodo praebent. Sperare tamen licet ab inventis in chymiâ recentibus, praeſertim in eâ parte quae ad aeres pertinet, aliquid lucis in hoc contagium fortè oriturum.

Dyſenteria ex obſervationibus virorum clariſſ. Monroii, Pringle, Cleghorn, Clarke, et aliorum, iiſdem ferè ab cauſis, et in ſtatu loci et aeris eodem, quibus febres remittentes

tes et intermittentes, oriri videtur. 'In the 'end of ſummer,' ait Pringle,' or in au-'tumn, when any number of men are ex-'poſed to night damps, or fogs, or lie upon 'wet or marſhy ground, eſpecially after a 'hot day, part of them will be ſeized with 'a fever, of the remitting or intermitting 'kind, and a part of them with dyſen-'tery.'

Hoc quoque ab aliâ re optimè et evidentiſſimè probatur. Nilus namque Ægyptum poſtquam inundaverit, et aquae jam ſtagnantes recedere coeperint, maximè tum febres intermittentes, Dyſenteriae, et aliae id genus ingruunt. Dubitâvere quidam an Dyſenteria ſine contagio oriri poſſit. Satis mihi placet opinio eorum, qui putent ab humore et frigore conjunctis ſine ullo miaſmate vel contagio huncce morbum induci poſſe. Saepe enim poſt tempeſtates

mari,

huari, classibus exoritur cum nautae longius salsâ aut pluviâ maduerint, multo aut labore impensius fatigati fuerint, multùm aut in temporis haud terrae successerint.

Fructus a multis, quia maturi eodem fere tempore quo morbus hicce invadit, causa Dysenteriae habentur. Haec autem opinio nihili ab experientiâ laudatâ ferè omnium qui medici castris inservaverint, redditur. De hac re Tissot differentem audiamus, qui fructus aestivos et maturos tam longe a nocendo abesse pronunciat, ut morbum defendere reverà potiùs adjuvent. Et totam legionem militum memorat, qui ab uvis edendis solùm sanabantur.

CAUSA PROXIMA.

Auctores multum de causa proxima huius

jus morbi inter ſe variant. Quidam haud parvi nominis, materiam acrem et putreſcentem in corpus recipi putant, eamque opinionem frequentia dejectionum, tunicae villoſae abraſione, et faetore haud ſolita quae faecibus comitetur fulcire conantur. Ratio veriſimillima, et quae ex meâ ſententiâ plura ſymptomatum quam ulla alia luce perfundere valet eſt illa quam Cullenus celeber. ſibi praeſcripſerit. Verba ejus de hac re item citare libet. "The proximate cauſe, "or at leaſt the chief part of the proximate "cauſe, conſiſts in a preternatural conſtric- "tion of the colon, occaſioning at the "ſame time thoſe ſpaſmodic efforts, which "are felt in ſevere gripings, and which ef- "forts, propagated downward to the rectum, "occaſion there the frequent mucous ſtools "and teneſmus." Gregorius noſter celeber. ex ſpaſmo ſolo ſymptomatum omnium quae huic morbo comitentur ſatis rec-

tam rationem haud dari posse arbitratur. Inflammationem intestinorum insuper addit quae a loco sîtus variationes subire necesse est.

RATIO SYMPTOMATUM QUORUNDAM.

Tormina ab irritatione quâ intestina faeces afficiunt jam praeter naturale astricta et inflammata oriri videntur. Muco etiam deficiente qui partes eorum internas obducit.

Tenesmus a dolore quo humores intestinorum rectum lacessunt jam tunica villosa carentem, et maxime sensibilem forsan oriatur. Scybala faecum morae in colli cellulis, nec non compressioni quam partibus a coarctatis patiuntur jure attribuere visum est. Ani procidentia et stranguria; altera harum nisibus permagnis in alvo levando efficitur, altera ab inflammatione a recto usque ad vesicae collum extendente.

Sanguis

Sanguis faecibus immiſtus aut ab oribus arteriarum corroſis proveniat cum in cavearn inteſtinorum ſeſe aperiant, aut ab aucta illarum actione, quae adeo extrema diſſolvat ut ſanguis purus ejiciatur.

Aucta magnitudo glandularum meſenterii oritur a humoribus inteſtinorum depravatis, quibus lactearum extrema ſtimulantur, quo loco ſeſe in inteſtina aperiunt. Idem omni corporis glandulae lymphaticae in pari rerum ſtatu accidere ſolet.

Diſcrepant inter ſeſe auctores de origine particularum quae formas membranaceas prae ſe ferunt. Quidam nihil aliud quam tunicae villoſae inteſtinorum ramenta eas eſſe contendunt. At longè veriſimilius eſt illas a ſanguinis lymphâ et inteſtinorum muco formari, dum partes liquidiores a vaſibus lymphaticis abſorbeantur.

PROG-

PROGNOSIS.

Eventus hujus morbi, in dubio pendet, et maximè si aegrotus in talem rerum conditionem inciderit ut ab locis contagio contaminatis in liberum et puriorem aërem transferre nequeas. Prognosin hilarem formare licet, cum faeces fere naturales, copiosae, nec torminibus comitantibus nec tenesmo insequente dejiciantur. Adde si in flore aetatis aegrotus vigeat, nec corporis dispositionem morbi praegredientes corruperint; si morbus ipse recens et ritè ab initio medicamentis et ministeriis correctus sit, ex quibus symptomata jam mitescere caeperint, dum cibi appetitus gradatim redeat.

E contra cum dejectiones perfrequentes fiant, parvae, sanguineae et admodum faetidae,

dae, ſi interea dolores acutiſſimi comitentur unà cum teneſmo perdurante, ſi aeger jam annis provectior, et corpus antea morbi perfregerint, morbus quoque haud recens, et febris genere typhoeideo; nec non fluidorum putreſcentium ſigna manifeſta proveniant, tum omnia in pejus hariolari fas eſt. Actum eſt cum inteſtinorum dolorēs paulo antè graviſſimi, derepentè ceſſant; pulſus exinde debilis, et tremulus ſit, et ſingultus et delirium mortis praecurſores gradum corripiunt.

METHODUS MEDENDI.

Quandoquidem cauſa Dyſenteriae venenum in corpus immiſſum (ſed quomodo nobis non conſtat), quod inteſtina afficiendo malum ibi gignat, eſſe videatur; maxima pars igitur operis ut illud a corpore quam citiſſimè expellamus. Hoc, quantum nobis adhuc

ſcire

ſcire fas eſt ab purgationibus aſſiduis optimè efficitur. Nam niſi principium morbi petatur, quaedam ſymptomatum delinire liceat ſed curam promittere perfectam vanum eſt. Et quoniam purgatione iterando omnino opus ſit, haec cathartica longe anteponenda ſunt quae mitiſſima naturâ haud inteſtina inflammatione irritata et jam ſupra modum ſenſibilia maxime laedant, dum modo viſcerum contenta ſatis probè emoveant. Cura maxima adhibenda eſt ut guſtui aegrotantis cathartica ipſa accommodentur. Nam ſi praeter modum faſtidioſa aut palato infeſta ſint, periculum eſt ab ore illa rejectum iri aut aegrotus vel conſcius quantum ad curam conferunt, tamen ſummâ difficultate ea toties admittet quoties ad pellendum morbum ſatisfaciat.

Sales (uti vocant) neutrales in hunc uſum maximè praeſtant ut Phoſphas Sodae Sulphas

Sulphas Magneſiae, Tartris Sodae, Tartris Potaſſae, Sulphaſque Sodae. Quocunque cathartico utaris, quantum ſymptomatum vis ſibi poſcat, aut aegroti natura permittere poſſit, iterare neceſſe erit. De hac re D. Monroius celeber. ſic verba facit. "I "have ſometimes given them to ſtrong "people every day, for two, three, or four "days ſucceſſively, and obſerved that the "patient inſtead of being weakened, ſeem-"ed ſtronger and more briſk and lively after "the operation of each, from the relief it "gave, by evacuating thoſe putrid hu-"mours, which kept him perpetually ſick "and uneaſy, while they remained within "the bowels."

Auctores in medicamentis laudandis quiſque ſuo favens quod maximè uſu diuturno ſalutarium expertus ſit, multum inter ſe diſcrepant. Parum igitur admirari licet cum ſingulos,

ſingulos, ſingula medicamenta purgativa ſummopere laudibus proſequente inveniamus. Pringle ill. Rheum et calomelam maxime extollit. Monroius multis nominibus praedicandus, ſalem catharticum amarum, unâ cum manna et oleo, omnia alia anteire opinatur. Rheum cum ſennâ Sydenhamius praeſcripſit, et tamarindorum naturam purgativam nec non antiſepticam haud parca diſquiſitione Zimmermanus indagavit.

Emetica a medicis pleriſque iniente morbo laudantur, et certe ad ventriculum evacuandum, cum eum pravè et ſordide ſe habere ſymptomata monſtrent, et ad febrem abigendam plurimùm poſſunt. Varia horum genera quotidie in uſum veniunt, qualiâ Pulv. Ipecacuanhae Inf. Flor. Chamem. Inf. Card. Benedict. Tartaruſque Emeticus. Poſtremus hicce in parvis doſibus ſi detur, viresque aegri haud maximè corruerint pyrexiaque

aque generales magnâ cum cutis arriditate adsint, in regione frigida longè anteponendus mihi videtur. Nam febris violentiam maximè compescit, et pacto quodam in cutis vasa agendo ut humores in corporis superficiem liberius eliciantur, efficit. Hoc in dysenteria imprimis optandum est; nihil enim magis ad tormina et tenesmum allevandum quam perspiratio justa et cutis non adstricta conducit.*

Venaesectio etiam, sed multâ curâ et judicio adhibenda, inter partes curae recensea-tur. Summa ope cavere debent qui hâc in morbo uti aggrediantur, ne aegroto jam suimet satis debilitato, aliquid contra morbi rationem naturamque peccent. Dum aegrotus adhuc robustus sit et plethorae inclinet dum ictus arterlarum frequentes justi et fortes saliant, torminum doloribus immanè saevi-

D entibus

* Blane on the Diseases of Seamen, p. 438.

entibus, utere, et prout in bonum evenerit vel posſant dolores, ſitera, ſed morbo longius progreſſo cum aegrotantis vires multum emarcuerint, febriſque generis typhocidei comitetur, omninò abſtine. In memoriam etiam revocandam eſt, regionibus calidioribus ubi morbus multò violentior, ſanguinis jacturam tum in hâc tum in aliis affectionibus, multo graviùs aegrotantes ferre quam hîc apud nos ubi regiones temperie frigent.

Cutis arida plerumque dyſenteriae comes eſt. Huic ſemper quam citiſſimè obviam eundum eſt, liquoribus tepidis et diluentibus, aut hauſtu ſalino cui Antimonii Tartariſati pro re natâ portiuncula bene addatur aut doſibus parvis Pulveris Jacobei.

Ad tormina paçanda, quibus aeger miſerrimè vexatur multum beneficii a balneo tepido,

tepido, vel abdominis fomentationibus ſperandum eſt. Sin autem dolores haud illis cefferint, veſicatoria cuti adhibenda ſunt. Nam et inflammationem diminuere auxilio erunt, et ſpaſmum abigere plurimùm adjuvabunt. Veſicae regioni ſi propius admotae ſint, eſt ubi ſtranguriam pariunt, hoc autem incommodum camphorâ internè ſumptâ una cum diluentibus optimè expugnatur.

At medicamentum ad tormina conſopienda valentiſſimum procul dubio opium eſt. Semper poſt catharticum tantùm, dare fas eſt, quo aegri dolores in tempus requieſcant et ſomno cunctante tandem operiatur. Sin opium ante evacuationes debitas ſumat coli conſtrictio et faecum mora multò gravius augentur. Tali rerum ſtatu (ait Pringle) opio omnino abſtinere melius foret.

Si ex analogia conjecturam periclitari liceat, Hyoſcyami Extractum haud parvi in

dyſenteria

dyſenteria momenti medicamentum putaretur; utpote quod omnes opii qualitates narcoticas poſſidet, in hoc uno ab illo differens quod minimè omnium, alvum aſtringat. Ad inteſtina laxanda ſummopere valet, neque vaſcula cutis tenuiora omittit, quippe cutis relaxatio ejus uſui vulgò ſequitur *.

Hydrargyri, virtutes in dyſenteriâ ſanandâ plurimas Clarkius et quidam alii nuper celebravêre. Tantum medicamenti dare praecipiunt, quantum ad excitandum ſyſtema et inteſtina purgatione valeat.

Ad acrimoniam fluidorum in ventriculo et inteſtinis corrigendam, varia demulcentia, utenda ſunt. Talia ſunt Emulſio Arabica, Aqua Hordeacea, Lini Infuſum nec non Sago et Maza †, ſi ad manum commode adſint, quae

* Prelect. Clinicae, celeb. Rutherfordii.

† Flummery.

quae non modo primas vias ab acrimonia vindicant, ſed gratum nutrimentum, inſuper praebent.

Ad teneſmum omnium ſymptomatum moleſtiſſimum tollendum, ad materias glutinoſas medicum recurrere opus eſt. Coli et recti facies interna enematibus Amyli, Mucilaginis Gum. Arabici, Carnis Infuſi, Laudani pauxillo liquidi appoſito rectè lubricentur.

Cùm morbus jam in ſtatu provecto ſit, et frequens dejectio a debilitate nec non inteſtinorum ſtimulo irritante permaneat, Opium ad curam aptiſſimè facit nec non alia aſtringentia ut exempli gratiâ Cortex Quercinus, Alumen, Gummi Kino, Simarouba et compluria id genus.

Levis et concoctu facilis diaeta, vini Luſitanici portio lautior, exercitium modi-

cum

cum quandocunque opportunum ſit, multum ad aegroti vires redintegrandas conferent.

Per totum dyſenteriae curſum curae religioſiſſimae in munditiam impendantur, tum in veſtibus ſtraguliſque mutandis quae aegrotantis corpus circumdederint, cum in aere frequentèr ventilando quem aegrum inſpirare neceſſe eſt. In primis morbi gradibus fructuum maturorum uſus permittere licet, attamen ſi in ventriculo aciditatis ſigna proveniant, ne potius laedant, ritè providendum eſt.

Veſtitus calidus corpuſque fovere aptus ſummi momenti eſt; frigus et evitare ſummâ ope aegrotantem decet.

Ad poſtremum aliquando evenit ut Dyſenteria omnes medicamentorum vires et medi-

medicantium conatus planè effugiat, ita ut coeli et regionis mutatio fors ultima ſalutis relinquatur.

FINIS.